Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

inhilaritate. Maxime circa egrotos misericordia exhibenda. siue
misericordie titulus generalis est. qui circa omnis placido exhibendus est
animo. Hilarem enim datorem diligit dis. et triste sine dubio odit.
quia melius est uerbum bonum sup datum optimum. Dilectio sine simu
latione. odientes malum adherentes bono. Tota puritas debet esse in
christianis. sicut dis pura lux est. Fingere enim seruorum est. Et diligamus
non lingua tantum sed opere et ueritate. ita ut etiam si necesse fuerit
p inuicem moriamur. Caritatem fraternitatis inuicem diligentes.
Ita uos diligite. quasi ex una matre generati. Honore inuicem
preuenientes. Hoc si semp seruaremus et karitate et patientia tenere
mus sicut alibi ait. Alter alterum maiorem existimantes. Si enim
nos omnib; minores iudicaremus. nec ultra alicui iniuria faceremus.
nec illata nobis graiuter tolleremus. Sollicitudine non pigri. He p
sollicitudine scili pigri indi opere efficiamur. et in spiritu
feruentes. Quia frigidos dns non amat. et in tepidis nauseatur.
Tunc plane spiritu feruemus. si seculo frigidi sumus. Domino seruientes;
Non seculo. neq; uitiis. sed deo. Spe gaudentes. Spe non in re presente.
Spes enim que uidet non est spes. In tribulatione patientes. Propter
gaudium spei future. omnia sustinete. sicut ait. omne gaudium
existimate et cetera. Orationi instantes. Instantia orationis nob
pstat auxilium inaduersis. Necessitatib; sanctorum communicantes.
hospitalitatem sectantes. Ministrate eis qui ppter xpm sua oma
contemnentes. alienus ad tempus indigentem ministerius. Qd ita
intelligite. ut meminerint. qualiter sei t quib; operib; pmereremur
dm. et participes eorum fiant imitantes exempla. Denuq; sequit
hospitalitatem sectantes. quia et hoc sei fecerunt. sicut abraham
sicut loth. qui etiam inuitos hospites detinebant. De qua dicit.
Per hanc enim quidam placuerunt anglis hospitio receptis.
Benedicite psequentib; uos. benedicite et nolite maledicere.
He putaremus nos utrumq; nos facere debere. Ait enim et beatus
petrus. Neq; maledictum p maledictu. sed econtrario benedicen
tes. Gaudere cum gaudentib; flere cum flentib;. Vt si quando